

Leges A Communis Mensæ Convictoribus In Universitate Rostochiensi Servandæ

Rostochii: Pedanus, 1618

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742268047>


Druck Freier  Zugang




1608

1618

Sammeln - Ordnung





LEGES

12.

A COMMUNIS MENSÆ
CONVICTORIBUS

In Univerſitate

ROSTOCHIENSI
SERVANDÆ.



*Joachimus Hedericus
Wismaricus Aug.
Sub juramento Rectoris
Academie præſtito
promiſit ſe has
leges fideliter et dili-
genter ſervaturum et
ad beneficium commu-
nis menſæ aduſſurum
eſt Anno 1659*

13. Mal

Inspectoribus


Erſtando Lubin

Johanne Hoffmann

ROSTOCHII

Typis excuſiſſit Joachimus Pedanus,

ANNO M. DC. XVIII.



LEGES IN HAC COMMUNI MENZA SERVANDÆ.

NEMO recipiatur ad mensam, nisi testimonium vitæ antea actæ, ac inscriptionis in matriculam Academia adferat, & verè se hoc beneficio egere demonstret. Volumus insuper & severe mandamus, ut omnes qui beneficio hujus mensæ utuntur, domos Academia inhabitent, neq; alibi habitationes conducant, nisi super hac re per Magnificum Dn. Rectorem, & Concilium propter justas causas cum ipsis fuerit dispensatum. Cujus tamen dispensationis testimonium scriptum Inspectoribus exhibebunt.

II. Cum verò etiam magni sumptus ad alendos, in hac mensâ tenuioris fortuna studiosos, propter exiguam illam quam ipsi numerant pecuniam, requirantur, & pauciores in rationibus comparere intelligamus, Inspectoribus injunctum est, ne quem cujuscunq; sit gentis aut nationis in mensam hanc recipiant, neve in ea

retineant, qui pecuniam pro singulis mensibus, quando rationes ineuntur, non prænumeraverit. Quod si contra hoc nostrum decretum Inspectores debita à nonnullis coacervari permiserint, ipsi ad eorum solutionem fisco Academia tenebuntur.

III. Proinde seriò jubemus, ut singuli vocatirationibus intersint, & prænumerent, nisi justam & sufficientem absentia sua causam Inspectoribus probaverint, sub poenâ remotio- nis à mensâ.

IV. Nemo Professores & Inspectores calumnijs proscindat, vel ijs obmurmurando obedientiam detrectet. Similiter cum Oecono- mo aut ejus conjuge, aut ministro mensa nullus contentionem suscipiat. Sed si quid minus convenienter aut rectè sibi administrari pu- tabit, id ad Inspectores referat. Qui secus se- cisse deprehensus fuerit, eo ipso facto mensa hac indignus judicabitur, & insuper pro arbitrio Reverendi Concilij punietur.

V. Prohibemus etiam ne intempestivis cla- moribus & scurrilibus pulsationibus quis ministro vel Oecono- mo sit molestus, quoad cibum apponi possit. Cum

VI. Cum hoc ipsum quod ad subsidium huius mensæ confertur, ideo potissimum ab Illustrissimis principibus nostris, & paucis quibusdam alijs suppeditetur, ut ex hoc cæteris aliqui emergant qui Ecclesiæ & Scholis utiles esse possint, æquum est, ut hoc beneficio fruentes, diligentius alijs studeant. Cumq; omnis in studijs progressus in audiendis repetendisq; lectionibus, Item disputationibus privatis & publicis, in styli exercitio, & memoria culturâ sine controversia consistat, Volumus ut singuli lectiones publicas audiant, & iussi in publicis aut privatis disputationibus respondere, aut orationes habere non recusent, si quis verò hoc facere detrectaverit, hæc ipsâ tergiversatione mensâ hæc indignus judicabitur.

VII. Deferuntur sæpè ad nos querelæ, de quorundam immodestia, qui non tantum se hic saturant, verum etiam clanculum panem auferunt, ac domi aut pueros aut canes alunt, vel certè crustam refecant, aut cibos quos delicatuli fastidiunt, in minutissimas partes nequiter comminuunt, ut neq; Oeconomo, neq; ipsius familia, neq; pauperibus etiam usui esse possint.

Quod cum per se impium sit, & in ea non par-
va fiat injuria Academiae & Oeconomo, eas
inhibemus rationes, ut in transgressores, quos
nullo negotio inquiremus, severe animadver-
tatur.

VIII. Prohibemus etiam, ne quis orbes,
mensam, mappas, pocula, cultris scindat aut
depraveat, violans statutum graviter punie-
tur, & insuper damnum illatum compensabit.

Authores quin etiam seditionum & conjura-
tionum sine ulla exceptione à mensa remove-
buntur, & insuper à Magnifico Rectore, &
Rev. Concilio, pro delicti qualitate punientur.

IX. Nolumus etiam justis & gravibus de
causis ut convivæ invitentur, vel adducan-
tur ad mensam à quoquam, nisi id fiat Inspe-
ctorum permisso, tumq; id indicabitur Oeco-
nomo, cui qui hospitem adduxerit, pro singu-
lis vicibus numerabit duos solidos Lube-
censes.

X. Quoniam pecuniolam pro accessu exi-
gi permissam hactenus propria auctoritate
convictores auxerunt, omnino etiam istam
abrogamus, nec volumus, ab ullo deinceps
quic-

quicquam accessus causa exigi. Alias quoq;
iniquas exactiones, pro levioribus delictis in-
mensa commissis planè volumus interdi-
ctas. Quod si verò extra mensam id fieri ab
aliquibusprehenderint Inspectores, unde
graventur alij; & occasio sit computatio-
num, illos qui exegerunt, & qui numerave-
runt, ut statim à mensa discedere jubeant,
mandamus.

XI. Ne autem hoc ipsum mandatum no-
strum executione careat, ubi fortè talia Inspe-
ctoribus non innotuerint, & gravati, metu
fortè id revelare non audeant: Magnificus pro
tempore Rector ubicunq; libuerit unum vel
alterum ex qualibet mensa ad se vocabit, qui
sub juramento Academiae præstito, an in una
aut altera mensa contra hæc nostra statuta
aliquid commissum sit indicare tenebitur.

XII. Quemadmodum nemo ad hanc men-
sam recipitur nisi Dominos Inspectores
prius compellaverit, ita etiam nemo ab ea
discedet, nisi iisdem valedixerit.

XIII. Postremo nemo ad alium quempiam
cujuscunq; etiam sit generis vel ordinis deferat:
que-


querelas, prima *praesertim* vice, nisi ad solos
Inspectores, & deinde si necesse fuerit, ad
Magnificum pro tempore Academiae Recto-
rem & Promotorem, qui secus faxit, ab hac
mensa removebitur.


XIV. Quod si vero qui admoniti hisce le-
gibus tamen praefractè sese opposuerint, neq;
ys parere voluerint, praeter poenas legibus
singulis adjectas vel carcere vel relegatione
vel ignominiosâ exclusionem pro delicti qua-
litate illos puniemus.

Jussu M. R. & Concilij.

Anno clō 15 CIX. XXIX. Julij.







quicquam accessus causa
iniquas exactiones, pro lev
mensa commissis planè
etas. Quod si verò extra
aliquibus deprehenderit
graventur alij, & occasio
num, illos qui exegerunt,
runt, ut statim à mensa
mandamus.

*XI. Ne autem hoc ipsius
strum executione careat, ut
etoribus non innotuerint,
forte id revelare non audeat
tempore Rector ubicunq;
alterum ex qualibet mensa
sub juramento Academiae
aut altera mensa contra ha
aliquid commissum sit indi*

*XII. Quemadmodum ne
sam recipitur nisi Domi
prius compellaverit, ita e
discedet, nisi iisdem valedi*

*XIII. Postremo nemo ad
cujuscunq; etiam sit generis*

ias quoq;
elictis in
interdi-
d fieri ab
es, unde
potatio-
merave-
jubeant,
tum no-
ia Inspe-
ti, meus
ficus pro
num vel
abit, qui
n in una
statuta
pitur.
ac men-
pediores
no ab ea
mpiam
deferac
que-

